

RECTOR SENA TVSQUE ACADEMIÆ GIESSENÆ, OMNIBUS OMNIUM FACULTATVM STUDIO S. P. D.



*V*ESTIONEM contra Academicos suo tempore ventilat Augustinus lib. 3. c. 3. quænam inter Sapientem & Studio sum detur differentia? Sapientem à Studio differre ait, quòd illi quidem insit sapientia habitus, in Studio sola ejus flagrantia locum habeat: Hic desideret, ille sapientiam possideat. Nihil autem didicit, qui nihil novit, subdit in verbis sequentibus. Celebris notitia mollis Vacuna Filà non est, progignitur illa ex frequenti studio & indefessa opera. Nihil qui discit, dediscit, ad felicitatis statum non ascendit. Nulla enim sine labore felicitas contingit. *Μαθηδὴν ἀνάγκη τῆς τίλματος ἐπιτυχῆν.* Grecorum habet sententia. Gemmis & auro pretiosior est sapientia, quæ comparata & exculta doctrinarum & artium præbet latifundia. Nutritur in hoc almo Lyceo sapientia, cujus spargere semina laborant Viri in omni doctrinarum genere. Non desunt amantes docendi studium, adsint animi excitati discendi flagrantia. Sicut ad unum portum contendentes uno non possunt vehi navigio, ita in quibusdam rebus, juxta Theognidis sententiam: Sic noster quorumvis docentium scopus tendit ad infillandum unum eruditionis ac doctrine fontem, juxta varios tractandi modos. Propositum est nobis singulis, edificare discentes in suo artis genere, in Theologia & Jurisprudentia, Medicina & Philosophia, prout cujuslibet commissa munia requirunt. Quid verò de nobis sapientia cultores futuro semestricum Deo sibi polliceri queant, sequens exhibet TABULA. Giesse sub Sigillo Academ. Major. Dom. Judica, Anno. M. DC. LXIV.

INFACULTATE TEOLOGICA.

PETRVS HABERKORNIVS, D. & Profess. Prim. Postquam hæc. cursum Theologicum, antagonis quibuscumque & ultimò Rabbinis oppositum, seorsim & quidem iteratis vicibus per Dei gratiam absolvit; Placeat jam eundem Theologiæ cursum contra quoscunque veritatis hostes, junctim tam in publico Auditorio, quam in privato Collegio in magnam Studioforum usum tractate, ita ut ambagib. omnibus evitatis, semper nervum & nucleum rerum ex textu Biblico, linguis, Patribus, Conciliis, Scholasticis, &c. in qualibet questione cõpendiosè sit propositurus, & in id Incubiturus, quo intra sesquianni spatium totam Theologiæ Cultor Theol. fructuosissimè ad finem perducatur; Additis etiam & explicatis Casibus Conscientiæ in quol. Articulo; Quin & in peculiari Collegio hebdomadatum sex quolibet Dominicis Evangelio-questionibus perspicue dilucidatis.

IOHANNES NICOLAVS MISLERVS, S. Theol. D. Eju& Hebr. Ling. Prof. p. r. Academiæ Rector. Syntagma Theologicum, volente Deo, continuabit publice, quantum per negotia Academica licuerit. Collegia privata addet Theologica & Hebraica, pro Auditorum placito.

MICHAEL SIRICIVS, S. S. Theol. D. & ejusdemq. Prof. Ordinari. postquam præterito semestri absolvit articulum de Justificatione, publicam Imposterum suscipiet & uberem considerationem FIDEI & Bonorum Operum. Materiam q. de successione Ecclesiastica, editione partis secundæ, per aliquot disputationes publicas continuabit. Privatim collegia ad placitum Auditorum aperiet.

INFACULTATE JURIDICA.

IOHANNES OTTO TABOR, D. Consiliarius Hæss. Darmstadii, Academia Cancellarius & Professor primarius. post absolutam methodicam Capitulationis novissimæ expositionem, quæ reserant juris publicæ capita succinctus pertractabit: Disputationes in jus feudorum solemnem continuabit; synopsis subinde interponet. Et cursum juris universi, semel iterumque hæcenus absoluti, DEO volente, in gratiam studiosæ juventutis redauspicabitur privata manu ditione, denuò, quæ licuerit celeritate, transmittendum transigendumque.

GREGORIVS TVLSNERVS, V. J. D. Consiliarius Hæss. Darmstadii & Professor Ordinarius notabilem Legum Codicis Justiniani explicationem, DEO clementer opitulante, vitæq. corporis suppeditante, per instantem semestrem æstivum, continuabit: Casus etiam singulares, ad Facultatem Juridicam subinde transmissos, publicè proponet & resolvit.

JACOBVS LEBLEY, U. J. D. & Pandectarum Professor ord. in prælectionibus publicè explicabit materiam Tutelam & Testamentariam, illustratæque eò pertinentes resolvit controversias; Collegia quoque juris privata, pro lubitu Dni. Studioforum, aperiet.

MARTINVS WÄLLER, U. J. D. & Juris Canonici Professor Ordinarius, publicè materias selectiores, ad praxin & forum nostrum ex jure Canonico pertractabit; privatim Collegia explicatoria & disputatoria, prout Dni. studiosis visum fuerit, aperiet, sese ipsorum studiis accommodando.

HVLDERICVS EYBEN, Jur. D. Prof. Ordin. legitimum doctrinam tam privatim quam publicè exponendo, id operam omni sedulitate dabit, ut Dni. Commilitonum studia quàm fidelissimè juvet ac promoveat. In Disputationibus publicè ad instit. quæ capitulatione B. C. D. perget.

INFACULTATE MEDICA.

IOHANN DANIEL HORSTIVS, per *Annos XXVI* Archiater & Medic. Professor Prim. propter absentiam licet non possit Lectionibus & Disputationibus Ordinaris operam dare, id tamen ager, ut, necessitate urgente, Consiliis & Inauguralibus Assibus Imposterum quoque, uti per aliquot annos hæcenus factum, *Medica Facultati* animi promptitudinem inferrendique studium contestetur.

IOHANNES TACKIVS, Phil. & Med. D. Professor & Archiater Hæss. Darmstadii, postquam ab Academia ad Aulam vocari cepit, non propterea se à laboribus, Academicis & juvenuti debitis, abstrahet; omnibus Philatriis suam offert & pollicetur *medicæ* etiam hæc ætate contestandam.

LAURENTIVS STRAUSIVS, Med. D. & Profess. Ord. Doctrinam de Febribus, eà quæ cepit viâ, & methodo, publicè continuabit; privatim verò non minus operam dabit, ut Dn. Philatrorum desiderio, tam legendo, quàm disputando, sicuti hæcenus studuit, respondeat: Eos insuper, qui ad utilissimæ Artis praxin jam aspirant, diligenti Casuum Resolutione, sublimitate concesserit Deus) *καὶ ἀνάγκη* adjuvare conabitur.

MICHAEL HEYLAND, Phil. ac Med. D. cepti de Lætionibus doctrinam continuabit; Hac vero ad finem perducta, quæ Fracturam ossium curationes regulant Præcepta Publicè tradet. singulis porro septimanis duas Horas extornis officinalium plantarum vultibus demonstrantis earundemq. vitibus explicandis impendet. Quin & Philatriis, si ita ipsi visum fuerit, Privatam suam offert operam.

HIERONYMVS KÖTEL, D. Med. Profess. extrors. Inchoatam nuper Partis Med. Physiologicæ, ad veterum & nostri seculi Philosophorum & Medicorum placita accommodatam tractationem D. D. continuabit publicè, partes & viscera ad rationem ordinem demonstraturus in brutis. Privatim studiis Philatrorum & examinandis & disputando, pro vitibus inserviet.

INFACULTATE PHILOSOPIICA.

IOH. CONRADVS DIETERICHIVS, Græcæ Lingua & Histor. P. in Historicis Romanam conti-

nuabit Historiam, in Græcè: eà etiam telâ usum Græcæ linguz in Latino sermone ostendere perget, quodque nuper Collegium publicum historicum ad valvas promissit, hic repetit.

JACOBVS LEBLEY, V. J. D. & rudentia Civiliis Professor Ord. in prælectionibus publicè Politicis exponet, jus dominationis, negotiorum Religionis, officia Magistratum tam Superiorum, quàm Inferiorum, item ea quæ ad opes Reipubl. juraque fœderum, pacis, belli, induciarumq. pertinent, Collegia etiam privata instituet.

KILIANVS RUDRAUFFIVS, Ph. M. Log. & Met. Prof. ord. eadem methodo, quâ superiori semestri totam Metaphysicam sententiam perlustravit, per instantem æstivum tempus tractabit disciplinam organicam, publicè, diluculo diluendo graviora & controversa, privata autem explicatione præcepta & axiomata singula sive publicè sive privatim perspicuè per se ipsa, ultima quoque hebdomadis dies ultiori sistet examini atq. eadem Auditori tradet defendenda. Collegium Philo. Theosophicum continuabit, neq. disputationum ex Cursu suo Metaphysico publicè habendarum immemor erit. In privatim præter alia commendabit suis Dni. Auditoribus significatum Exercitium Logicum, ubi, quibus curæ erit organica sententiæ redactio, præter solidam explicationem opponendo & respondendo ad debitam diligentiam sese solvenc extimulabunt. In Metaphysicis habebit Collegium Disputationum, vel etiam pro Dni. Aud. voto, explicationum.

M. IOHANNES WELSH, Moral. Prof. Ord. publice Institutiones Morales explicando, eà, quâ par est, diligentia continuabit, & Exercitationes Ethicæ disputando, favente Deo, absolvit. Privatim verò collegia Ethicæ pro lubitu Dni. studioforum aperiet.

FRIDERICVS WÄLLER, absolvi Arithmeticæ, Geometricæ & Opticæ, proxime dabo *Cosmographiæ* & in eà *Astronomiam* & *Geographiam* in *libris publicis*. In *Architectonicis* prodit disputatione *de statuis*, quæ aliz sequentur, quotiescunq. Architecturæ studiosi sese offerent. *Collegium Privatim* enucleabit in *Tactis Annalibus* Geographica, Architectonica, & centum similia, quæ autoritatem Romani Imperii summi operè illustrent.

LAURENTIVS STRAUSIVS, M. D. Phys. Profess. Ord. De Mundo & Elementis publicè contemplationem instituet; privatim verò, ubi auditor studium exaltaverit, Physica principia, tam legendis, quàm disputando, succinctè, *ὡς ἔστι* exponet.

PHILIPPVS LVDOVICVS HANNEKENIVS, Orat. Prof. Ord. publicè in Livii explicatione progredietur; privatim scribendarum epistolarum exercitiis Auditoribus se, Deo juvante, industrium exhibebit.